



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi  
Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

7. An teneantur & ipsi Episcopi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

410 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
iure communi, vel quasi naturali tenen-  
tur, nec vult etiam sacramentorum admi-  
nistrazione concedere parochis in deni-  
mentum infirmorum, sed solum ius eo-  
rum, & debitam subordinationem defen-  
dere, ut ex professo doceri solet in Tracta-  
tu de censuris ecclesiasticis.

### Q V A E S T I O VII.

*An teneantur & ipsi Episcopi?*  
Quæstionis explicatio.

**E**piscopos, Sacerdotes, deficientibus  
liis teneri Pœnitentiam & Eucharisti-  
am ministrare, iudubium est, Quæritur an  
similiter teneantur & istud?

*Responsio.*

**T**enentur, quia & ipsi sunt pastores ani-  
marum, tenenturque proinde non so-  
lum ex charitate sed etiam ex iustitia earum  
curam habere per seipso, si per alios sacer-  
dotes inferiores, qui sunt eorum coadiu-  
tores, non possunt, quod plurimos sanctissi-  
mos Episcopos in simili casu fecisse legi-  
mus.

Dices. D. Iacobus vult induci & vocari  
Presbyteros non Episcopos: non solum ei-  
go non tenebuntur Episcopi, imo nec pe-  
terunt

*Borrom. de  
pœn. pœf. c. 13.  
num. 3.*

terunt licite ministrare.

Respondet Innocentius Primus his ver-  
bis. *Superfluum est, vt de Episcopo ambigatur,* <sup>a Inno. I. ep.</sup>  
*quid Presbyteris liceat indubium est: nam idcirco* <sup>2. ad Decen.</sup>  
*de Presbyteris dictum est, quia Episcopi aliis occu-*  
*patiōibus impediti ad omnes languidos ire non*  
*possunt. Ceterum si Episcopus aut potest, aut di-*  
*gnū ducit aliquem à se visitandum, & benedi-*  
*care & ungere chrysate sine cunctatioe potest,*  
*cuius est ipsum chryisma confidere. Et nota, quod*  
*sub nomine chrysatis oleum sanctum*  
*infirmorum comprehenditur, cuius bene-  
dictio ad Episcopum pertinet.*

### QVÆSTIO VIII.

*An absente Episcopo & reliquis Sacerdotibus in-*  
*digenis liceat peste infecto aduocare aliu-*  
*de Sacerdotem aliquem excommu-*  
*nicatum vel suspen-*  
*sūm?*

#### Quæstionis explicatio.

**S**uperioribus capitib⁹ ostendimus, lice-  
re propter aliorum sacramentorum ne-  
cessitatē: cum autem istud sacramentū non  
sit ordinarie tantæ necessitatis merito que-  
ri potest, an absentibus Sacerdotibus &  
ministris indigenis licebit peste infectis  
aliun-